



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1508. usque ad annum 1513

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118456

§. 98. Galliarum Rex cum Cæsare in Papam conspirat.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66433](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66433)

Sæcul. XVI. tinentis partem recuperasset, denique ~~œ~~
 A.C. 1510. deratos ad graviora, quam paeti legibus
 præscriptum, adstringere, omnino æquiti-
 tati dissolum esse ajebat, præterea Fer-
 rariensem, consentiente ipso Pontifice,
 foedere fuisse comprehensum, proin eum
 tueri, tæderatos obstringi dicebat.

§. XCVIII.

*Galliarum Rex cum Cæfare in Pa-
 pam conspirat.*

Raynald.
 num. 16.

Ergo Julius, quod propriis viribus obti-
 nere desperabat, sociorum auxilio af-
 sequi conabatur; Ludovicus vero, cum
 Papam Ferrarensi arma illaturum profi-
 ceret, ut Pontificis copias aliorum distra-
 heret, novos tumultus fuscitare fategit.
 Ergo collatis cum Maximiliano consiliis
 statuit, quod ineunte mense Mayo hinc
 Galli, illinc Germani omnes continentis
 urbes, quæ adhucdum Venetorum impe-
 rio parebant, infestis armis adorirentur;
 Cæsar vero Forum Julium, si illud suis
 duntaxat copiis expugnaturus esset, sibi
 foli, nulla illius parte Regi data, vindicaret,
 pari quoque jure cuncta solis Gal-
 lorum armis in continentis parta eisdem
 cederentur: Si tamen belli necessitas utri-
 usque Nationis exercitum conjungere suaderet,
 occupata inter se dividerent, pro
 parte laboris, quem ad victoriæ successum
 quis-

quisque contulisset, ita tamen, ut Gal-
liarum Rex rei tormentariæ impendia so-
lus sustineret.

Scul. XVI.
A. C. 1510.

§. XCIX.

*Legationes Cæsaris ad Papam, Re-
gemque Catholicum.*

Annuit hisce conditionibus Cæsar, mox-
que suos Legatos ad summum Pon-
tificem, Regemque Catholicum decrevit,
qui ab Hispano juxta Cameracensis fœ-
deris pacta suppetias, a Julio autem du-
centa aureorum millia mutua peterent,
quæ dare si renueret, nunciarent, Im-
peratorem Vicentia Romam iturum, ibi-
demque Imperiale coronam receptu-
rum. Ferdinandus, cum Maximilianum
minoris haberet, fastidiose hæc respondit:
Exspiravit fœderis tempus, eo quod fœ-
deratorum quilibet, quæ petebat, jam-
jam recuperasset, si vero Cæsar partem
suam, quam non minus, ac ceteri occu-
pavit, tueri neglexit, id non alienæ, sed
propriæ culpæ adscribat. Nihilominus ex
sola benignitate pollicebatur Ferdinandus,
quod ad augendum Cæsaris exercitum,
quam primum Vicentiæ montes supera-
set, quadringentos Equites submittere ve-
lit. Oblata acceptat Legatus, ampliora
obtinere desperans. Magis propositi sui
tenax erat Pontifex, qui nullo dato re-

14 sponso